

QVAE STIO IV.

De composito substantiali.



CCIPPIO hic pro nomine cōpositi substancialis illud totum, quod conflatum ex parte perfectibili physica, & perfectibili, vide-ndicet ex elementis compactum, quamuis ad inicem per pugnam reciprocām ipsa-ment elementa sunt minutatim intersecata & permista, & eorum qualitates ad certam simetriam, & armoniam sunt reiactae, ut una praeualeat, & ele-mentum praeualens alia ad sui vniōnē trahat, illa alia perficiat, ornet, & actuet. Multæ in hac quæstione mouentur a phyllo-phis difficultates, & valde difficiles, quas omnes ego breuitate, qua potero, & claritate [Deo adiuuante] resoluam.

SECTIO V NIC A.

An partes physici compositi sint vnitæ inter se per vniōnem a partibus distinctam, & ipsæ distinguantur a toto, & quatenus, quomodo distinguantur.

² **P**rius dicam quid sit vnio secundum se sumpta, & postea an detur inter partes aliqua vnio, an ab eis distinguantur; postremò an partes a toto physico distinguantur: quare vt mea methodo procedam, sit

S V B S E C T I O I.

Quid sit vnio, & an a partibus vnitis distincta sit.

³ **V**NIO, vt nomen ipsū sonat, nihil aliud est, quam pluriū in vnum coniunctio; si autē ipsum nōmē vniōnis largè su-mamus, etiam amor amicitiae voluntatum plurium vniō voca-tur